

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

- cingitur interea Romanis Ardea signis
 et patitur longas obsidione moras
 dum vacat et metuunt hostes committere pugnam,
 luditur in castris, otia miles agit.
- 725 Tarquinius iuvenis socios dapibusque meroque
 accipit; ex illis rege creatus ait:
 ‘dum nos difficilis pigro tenet Ardea bello
 nec sinit ad patrios arma referre deos,
 ecquid in officio torus est socialis? et ecquid
 730 coniugibus nostris mutua cura sumus?’
 quisque suam laudat, studiis certamina crescunt,
 et fervet multo linguaque corque mero;
 surgit, cui dederat clarum Collatia nomen:
 ‘non opus est verbis, credite rebus!’ ait,
- 735 ‘nox superest, tollamur equis urbemque petamus!’
 dicta placent, frenis inpediuntur equi.
 pertulerant dominos: regalia protinus illi
 tecta petunt, custos in fore nullus erat.
 ecce nurus regis fuis per colla coronis
 740 inveniunt posito pervigilare mero.
 inde cito passu petitur Lucretia; cuius
 ante torum calathi lanaque mollis erat.
 lumen ad exiguum famulae data pensa trahebant,
 inter quas tenui sic ait illa sono:
- 745 ‘mittenda est domino – nunc, nunc properate, puellae! –
 quam primum nostra facta lacerna manu.
 quid tamen auditis? nam plura audire potestis.
 quantum de bello dicitur esse super?
 postmodo victa cades, melioribus, Ardea, restas!
 750 improba, quae nostros cogis abesse viros.
 sint tantum reduces! sed enim temerarius ille
 est meus et stricto qualibet ense ruit.
 mens abit et morior, quotiens pugnantis imago
 me subit, et gelidum pectora frigus habet.’
- 755 desinit in lacrimas inceptaque fila remittit
 in gremio vultum deposuitque suum.
 hoc ipsum decuit, lacrimae decuere pudicam,
 et facies animo dignaque parque fuit.

‘pone metum, veni!’ coniunx ait, illa revixit
deque viri collo dulce pependit onus.

Herbst 1999

- 2 -

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Bestimmen Sie die syntaktische Funktion von **temerarius** in *V. 751!*
2. Was ist bei der Konstruktion der Verben **mittere** und **ponere** zu beachten, und welche Konsequenzen hat das für die Bedeutung der *V. 755f.*?
3. In welchem Casus steht **onus** in *V. 760* und welche syntaktische Funktion hat das Wort?